

*Edition: Die Donin's I, S. 280 f., Nr. 6 aus A.*

*Regest: Beyer, Altzelle, S. 540, Nr. 84 — Mansberg, Erbarmenschaft II, S. 3 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 123, Nr. 415 zu 1235 (vor Sept. 24).*

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. OTTO BURGRAVIUS<sup>a)</sup> DE DONIN. Quia generatio preterit et generatio advenit<sup>1)</sup>, ne facta mortalium oblivione | fugiant, litteris necessarie religantur, ut cognoscat generatio altera. Notum proinde esse cupimus generationi omni, que ventura est, quod nos cum consensu | filiorum nostrorum Heinrici videlicet et Ottonis et filie nostre Adeleidis et aliorum heredum nostrorum de proprietate nostra villam, que dicitur Wizoch, cum XIII | mansis annuatim persolventibus XXXV solidos et XXVIII modios siliginis et totidem avene et in villa, que dicitur Nvendorph, III<sup>or</sup> mansos | persolventes singulis annis XVI solidos et octo modios siliginis et tantumdem avene Cellensi monasterio Cisterciensis ordinis sollempni | donatione cum omni iure nostro, quod in villis predictis habuimus, libere contulimus, ut in reliquum neque nos neque aliquis villicorum nostrorum | quicquam exactionis inferre debeamus, sed advocati et defensores esse debeamus in quatuor tantum causis videlicet homicidiis, furtis, | stupris, incendiis, ita dumtaxat, ut michi et heredibus meis de predictis quatuor causis cedat tercia pars lucri et claustro due partes pro | remedio anime nostre et patris mei et matris mee et omnium heredum nostrorum. Ut igitur hec nostra donatio firma imperpetuum et inconvulsa perseveret, presentem | exind[e] paginam fecimus conscribi et sigilli nostri inpressione roborari idoneorum testium astipulatione confirmantes, quorum hec sunt nomina: Bvrchardus de | Gorbuis, Lûdewicus frater suus, Hoico de Hoikendoph<sup>b)</sup>, Albertus de Kiz, Hermannus Karaz, Boriwoi miles, Iohannes de Aldenberg, Iohannes de Aldenburg, | B[ur]ch[ar]dus de Rabenowe, Hermannus de Tannenvelt et alii quam plures. Acta sunt hec in Cella sancte Marie anno incarnationis domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup>V<sup>o</sup>, | indicti[on]e VIII<sup>a</sup>, sub venerabili abbate Iohanne; feliciter amen.<sup>2)</sup>

(SP.)

## 108.

*Unecht*

***Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Zisterzienserkloster Altzelle ein bei Tautenburg gelegenes Waldgebiet, welches Hartmann von Saalburg dem Kloster zugunsten der Grangie Zwätzen übertragen hat.***

*1236 Juni, Donauwörth*

107. a) *Der paläographische Befund läßt keine sichere Aussage darüber zu, ob OTTO BURGRAVIUS nachgetragen worden ist (so Posse, Privaturkunden, S. 97, Anm. 5, S. 99, Anm. 1: dunklere Tinte, enger Buchstabenabstand) A.*

b) *sic A.*

1) *Eccles. 1, 4.*

2) *Falls die indictio Bedana (Epochentag: 24. September; Indiktion 8: 1234 September 24 – 1235 September 23) zugrunde liegt und bei ihrer Berechnung kein Fehler unterlaufen ist, dann wäre die vorliegende Urkunde zu 1235 (vor September 24) zu datieren.*